1584.

+

Nos Praelati et Canonici, totumq Captlm cathedralis Ecclesiae Varmien: Significamus testatuq facimus vniuersis et singulis quorum interest, aut qmolt poterit interesse, quod nos in loco Captari, Captariter congregati, ex praehabita matura deliberatione, vnanimi voluntate atq ex certa scientia, elegimus, constituimus atq designauimus ad infrascripta Nuncios nostros Rdos et Vnales DD. Nicolaum Coss Praepositum, Eggerdu à Kempen Decanum, Henricum Somplawskj et Joannē Hanouium Canonicos Varmien: coniunctim et insolidū: ad comparendum pro nobis nostroq noie ad IX huius mensis in loco praestituto, coram Rmo et Illmo Rndoq Dnis, D. Hieronymo à Rozradzew Dei gratia Episcopo Wladislauien et Pomeraniae, et Joanne Tarnowskj Praeposito Wladislauien etc. et Regni Poloniae Referendario, Smi D. N. Papae ad certas causas deputatis Commissarijs, atq ad excipiendum, opponendum et contradicendum aduersus ea, quae de infeudatione bonorum Cromerouo, illorq additamentis et annexis, Nobili D. Bartholomaeo Cromero à Rmo in Christo Patre et Dnō, Dnō Martino Cromero Episcopo Varmien, de consensu nostro facta esse in Commissione praelibati Smi D. N. narrantur et asseruntur, tum ad diluendum, confutandum, et refellendum ea quae de euidenti vtilitate eiusdem infeudationis et alienationis ibidem proposita esse noscuntur: Necnon de calumnia, et quodcunq aliud licitum ac honestum iuramentum in animas nostras iurandum: ad respondendū quoq articulis et positionibus, ad firmandam intentionem

16

et quibuscunq aliȷs ab aduersa parte productis: testes
quoq ex aduerso productos reprobandum et repellendum:
tum et ad producendum testes, literas, instrumenta, scriptu-
ras, et quæcunq monumenta et probationum genera, demiq
ad dicendum, producendum et agendum, omnia alia et
singula, quæ ad tuendam tam dignitatem nostram, quàm
ad conseruandam hanc Ecclesiam in suis iuribus, ab omni
detrimento atq incommodo saluam et integram pro sua
fide et officio, intellexerint expedire, etiamsi talia forent,
quæ magis speale mandatum requirerent, quàm pntibus
est expressum. Postremò ad protestandum etiam de quo-
cunq grauamine illato vel inferendo, quovè tam huic
Ecclesiæ q̃ nobis successoribus præiudicium aliquod creari
posset. Promittentes nos oia et singula à dictis Dnis
Nuncijs et Confribus nostris dicta, gesta, actaq et facta,
rata, grataq esse habituros. In quoꝝ oim fidem et testimo-
nium Sigillo nostro medio communiri, et manu V. Dni
Cancellarij nostr[...]imus subscribi. Actum et Datum
in Capitulo g[...]lij celebrato. Anno Domini
M.° [...]° LXXXIIIJ.°

Stanislaus Hosius de
Rubno, Can-cus et
Cancell[...]

16v

17v

Spectabili D.no Commissario
ad Cremonam